


Hermann Jacob Lasius

**Historiae Exiliorum, In Quae Academia Rostochiensis Saeculo XV. Missa Pulsaque Fuit ...**

**[2,1] : Ad Dies Sacros Eosque Anniversarios Jesu Christi Reviviscentis Pie Ut Christianos Decet Agendos : Particulae Secundae, Quae Enarrat Secessionem Lubecam Factam Sectione Prima**


Rostochii: Adler, 1793

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn824013204>

Band (Druck) Freier  Zugang











*Ph. - 240 (2.) <16. Jh. >*











#12.

AD DIES  
SACROS EOSQUE ANNIVERSARIOS

IESV CHRISTI  
REVIVISCENTIS

PIE VT CHRISTIANOS DECET AGENDOS

CIVES ACADEMICOS

SERIA ANIMI CONTENTIONE

HORTATVR

ACADEMIAE H. T. RECTOR

HERMANNVS IACOBVS LASIVS

GRAEC. LITER. PROFESSOR P. O.

PRAEMISSA

HISTORIAE EXILIORVM

IN QVAE ACADEMIA ROSTOCHIENSIS

SAECVLO XV. MISSA PVLSAQVE FVIT,

PARTICVLAE SECVNDAE,

QVAE ENARRAT

SECESSIONEM LVBECAM FACTAM

SECTIONE PRIMA.

---

ROSTOCHII,

LITTERIS ADLERIANIS 1793.



AD PDES  
SACROS HONORVM UNIVERSARIOS  
IESV CHRISTI

REVIVISCENTIS  
P. V. CHRISTIANOS DEERT AGENDOS  
CIVIS ACADEMICOS  
IN PERIA ANIMI CONSENTIONE  
HONORATA  
ACADEMIAE M. T. RECTOR

HERMANNVS JACOBVS LASIVS  
GRABO LITTE. PROFESSOR P. O.  
FRANCKISIA

HISTORIAE EXILLIORVM  
IN ANNE ACADEMIAE ROSTOCHENSIS  
SACRILEXIO KN. MISSA EN. SAONE FVIT

PARTICVLAE SECVNDAE  
QVAE ENARRAT  
SECESSIONEM IVDICAM BAPTAM  
SECESSIONE PRIMA

ROSTOCHIA  
LITTE. AD. AL. MAN. 1792





Promissi mei, quod in Programmate nuper *Natalibus Iesu Christi, Restitutoris nostrae salutis summi*, dicato, typisque edito, feci, memor, sum iam perreكتور *historiam enarrare exiliorum, in quae Universitas nostra literaria Saeculo XV. missa fuit, pulsaeque.*

Adhuc graviore, quam quae inde ab a. MCCCCXXVII. acciderant, quaeque in Programmate dicto enarratae sunt, *Rostochii* ortae turbae, dissidia Senatuum urbis inter civesque turbulentos, istorum pervicax adversus *Duces, Dominos* suos, contumacia, caedesque tandem immanis perpetrata, iterum *Musas Rostochienses* coegerunt, urbem hanc relinquere, et *Lubecam* tandem anno MCCCCLXXXVII. se conferre. Quae quidem secessio cum priori *Gryphiam* facta in eo convenit, huicque est similis, quod Academiae cives haud sponte sua, sed potius inviti, tempestateque dira ac misera coacti, *Rostochio* excesserint, aliamque sedem temporariam, quietis ergo elegerint; sed tamen hoc *Lubecense* exilium a *Gryphico* ideo diversum, istoque tristius fuit, quoniam nostra Academia *Lubecae*, si non penitus iners et *απεχευατος* fuerit, tam laetis tamen haud gavisata fuit satis florentique statu, quam *Gryphiae* primis suae hac in urbe commorationis annis.

Huius secessionis *Lubecam* factae ansam causamque dederunt turbae notissimae, ideo ortae, quod *Rostochii* MCCCCLXXXVII. *aedes di-vino Iacobo dicata ad fastigium Templi collegiati*, uti vocant, eversa fuit. Licet patriae nostrae Historici, aliique scriptores in margine ci-



tati laudatque <sup>1)</sup>, hanc inquietem foedam, iam MCCCCLXXXIII. inceptam, ac tragoediam diram uberius et fufius iam expofuerint, mihi que otia fecerint; non poffum tamen, quin fumma harum turbarum capita tantum attingam colligamque, quantum ad pernoscenda fata, quibus noftra Academia in hac temporis periodo adlicta eft, neceffaria funt, nec filentio praetermitti poffunt.

Quo cultui divino, pro cogitandi more modoque, qui tunc erat, et mortalium mentes occuparat, maior conciliaretur dignitas splendorque, atque fimul *Professorum Rostochienfium* reditus, poft MCCCCLXIII, perditam DCCC. florenorum Rhenenfium dotem, exigui auferentur, aliisque adhuc rationibus et cauffis, quidam viri boni ecclefiaftici in confilio Ducis Magni, ut KRANTZII verbis in libro infra citato <sup>2)</sup> utar, suggerunt optimo zelo, propagandi divini cultus ergo magnificentiae eius optimum factu efle, fi in oppido illuftri Rostochio, ubi

1) ALB. KRANTZII in *Vandal. L. XIII. c. 39.*, *L. XIV. c. 1. et 6—11*; LINDENBERG *Chron. Rostoch. L. V. c. 7.*; *Rostocker Erwas non gelebrten Sachen*, 1737. p. 806, 1738. p. 540, 1739. p. 622; *Rostocker Anzeigen*, 1759. p. 122., SCHROEDER *Papiftisches Mecklenburg*, Vol. 2. p. 235f. *seq.*; *Urkundliche Beftaerigung der Herzogl. Gerechtfame ueber Dero Academie und Rath zu Rostock* §. 29. *seq.* III. RUDLOFF *Pragmatisches Handbuch der Mecklenb. Gefchichte*, p. 84f. *seq.*; IO. RUD. BECKER *umftaendliche Gefchichte der Kayf. und des heil. Roemifchen Reichs freyen Stadt Luebeck*, Vol. 1. p. 459. *seq.*; Horam Scriptorum princeps est ALB. KRANTZIIUS, quippe qui non folum adhuc MCCCCLXXXVI. in femestri aestivo, teste ALBO, in *Philosophorum Ordine Decani* munere functus est, hincque parti bonae harum turbarum, ceu testis oculatus, interfuit, sed etiam poftea in *Syndici Reipublicae Hamburg.* munus euectus, nomine *Wendorum* civitatum conventuum communiu[m] his de turbis habitorum praecipua femper permanfit pars.

2) c. 1. L. XIII. c. 39. Nec hoc KRANTZII testimonium refellit memoratu dignissimo XXIII. corollario, supra laudatae *urkundlichen Beftaerigung* addito, in quo corollario legimus Academiae literas MCCCXCII. die Mercurii poft *Dionysii* ferias ad *Duces*, MAGNUM ac BALTHASAREM, datas, in quibus literis nonnullas fuis delegatis die Mercurii h. a. poft d. *Michaelis* ferias in *Coenobio* feu *Domo Mariae Legis*, a *Ducibus* ob litem de *Templo collegiato* iam finitam factas criminationes depellere conantur. Principes enim Academicis probro vertent,



ubi publicum floreret Gymnasium, ad aeternam sui, suorumque memoriam, ad stabilimentum sublimis Academiae de parochiali St. Iacobi curaret fieri collegiatam ecclesiam, in qua diebus ac noctibus divinae laudes perennarentur, et apud quam magistri ac Doctores, postea quam esset peractum laboris in doctrina, se collocarent ad quietem, qui nunc expletis mansuevit dispergunt in omnem terram, abductis seculum, quae diuturno labore conquisissent.

Iam HENRICUS PINGVIS, amborum tunc temporis regnantium Ducum, MAGNI et BALTHASARIS, pater, id quidem patrare, animum induxerat, sed tamen a proposito suo, illi Senatu et civibus Rostochiensibus refragantibus, declinat. Duci vero Magno supra commemoratum consilium adeo arrisit, animi ut sui hac de sententiam

A 3. In hoc modo Rostochii, se ab illis primum ad eam cogitationem, de templo collegiario Rostochii condendo, indutos fuisse, et eidem adiecto promisso, istos ad hoc opus centum Florenos daturus esse. Fieri quidem potuit, ut unus et alter Professorum id dixerit, quoque id facere in animo habuerit, Academia vero iam neget, commune id consilium tunc fuisse. Operae pretium esse duco, ipsa verba hic subiicere:

„Gnädige leue Herrn wy juwen Gnaden des ersten benömten  
 „Artickels halven kund don, uns wohl vormeldet is, dat de selige  
 „Herr Hinrich Centzin Archidiacken to Rostock eyn gude Uplatte  
 „hadde so den Dom by juwen Gnaden Herrn Vader Tiden erst-  
 „mals vorderde to stichtende und ock na der Tid by juwen Fürst-  
 „lichen Gnaden der Stadt Rostock to eren und Univerfiteten juwen  
 „Gnaden darfüvels to Nütlichkeit und Profite synt der Tiden van  
 „juwen Gnaden de Vorwester juwer Gnaden Univerfiteten do tor  
 „tydt regerende erstmalen gheescher to Dobberan der itlicker Sen-  
 „debaden van en sodanes Domes antonemende van juwen Gnaden  
 „M. G. S. wart vorgeven. So denne vührder juwen Gnaden van hundert  
 „Gulden hebben vorgeven laten, gnedige leve Herrn deshalven syn  
 „wy underrichtet, dat de vorgenömte selge Herr Hinrich der erbare  
 „Univerfiteten Vorwester do tor Tyd regerende heft vorgeven, dat  
 „juwen Gnaden to Rostock worden inkamendes uppe syne Kost  
 „wes to handelnde der benömten Univerfiteten to gude deshalvs he-  
 „den begerde ze möchten to so daner teringe Hülpe don, wart  
 „emne wedder gesecht dede he wes derfüvelsten Univerfiteten to  
 „Nütlichkeit wolde ze gherne erkennen.

3) Id relatum tradit SCHROEDER l. c. p. 2028. ex CHEMNITII Chronico, ac indicat, a MCCCCXLIV. Conf. not. 2.



Rostochium profectus, non solum cum Professoribus 4) communica-  
 rit, sed etiam Consulum (Proconsulum) animum hoc de proposito,  
 quam acutissime indagare studerit. Professores agunt gratias magnifi-  
 centiae principis, sed tamen admonent curare, ne dum benefacere subagit,  
 res in deteriores exitus prolabatur 5). Nec Consules quidem Principis  
 consilium damnant responso suo, admonent tamen, se vereri, ut res  
 sine tumultu ad exitum posset adduci optatum. Cum vero res in vulgus  
 exisset, ei obnixi sunt cives, ac ablegatur d. VIII. Sept. MCCCCLXXXIII.  
 Guprovium IOH. WILKEN hoc cum mandato ipsi intincto, sena-  
 tum quidem haud abnuisse, Ducem adiuvare in conciliando aedi d. Ja-  
 cobo sacrae novam dignitatem splendoremque; cives autem hanc sen-  
 tentiam non probare, sed potius se huic fini omnibus viribus opponere,  
 causam interferentes: urbem iam antea esse nimia sacrificulorum copia  
 ac turba, quin et Academia gravatam, quarum quoque querelarum illa  
 mea quidem sententia veritati haud aliena erat; haec autem a sensu com-  
 muni abhorrere pluribus videri potest 6) Duces, MAGNUS et BALTHA-

4) Magistris et Doctoribus, scribit KRANTZIUS c. I.

5) Sunt fere ipsa KRANTZII verba: c. I.

6) Nostro acuo eiusmodi querela a praescriptione rationis omnino foret  
 averfa, tunc autem, excusationem habebat, quippe literarum studiosi  
 civibus Rostochiensibus nulli fere emolumento erant. Habebant enim  
 in quibusdam aedibus communibus, Regentiis sic dictis, quae similes  
 fuerunt Collegiis academicis Oxonii ac Cantabrigiae extructis, in qui-  
 bus nostro tempore harum Scholarum illustrium alumni coniuncte cum sibi  
 praefectis vivunt commoranturque. Huc accedit, quod ex primis liti-  
 ris supplicibus Ducum IOHANNIS et ALBERTI MCCCCLXXXIII. ad P. M.  
 datis, adpareat; tunc temporis literarum studiosos ipsos victui suo con-  
 suluisse, omniaque ad vivendum necessaria sibi parasse. Ex his literis  
 memorandis, quae exstant in corollario III. saepius iam nobis laudatae  
 urkundl. Bestatzigung adnexo, verba huc pertinentia adponam: *Iam  
 mandato nostro sancium est, ut in ipsa nostra civitate Rostocensi quali-  
 ber septimana bina vice pro carnibus et panibus, ac continuis tempo-  
 ribus et diebus pro vino et cerevisia ac aliis victualibus emendis et  
 vendendis ipsis reverendis magistris, studentibus et sco-  
 laribus.* Quibus ex verbis liquet, cives ex academicis exiguum  
 fructum tunc percepisse, hincque querelas supra commemoratas haud  
 peni-



SAR, legato respondent, se quidem, vt terrarum Dominos, cives *Rostochiensis* sibi subiectos cogere posse, ad voluntati desiderioque suo obtemperandum; se tamen consilium suum esse cum Membris ac Ordinibus Romano-Germanici Imperii communicaturos; interea sub comminatione gravium poenarum se vetare, ne quis membra Academiae violare audeat; hanc quippe sine Senatus civiumque *Rostochiensium* impensa, auxilio opeque conditam esse, seque, ceu Patronos ac terrarum Dominos, istam, beneficis ac privilegiis eximiiis mactasse. <sup>7)</sup> Interim rumores imprudentes a quibusdam Clericis, qui, ut ait KRANTZIUS l. c., *magni videbantur*, sparsi, vanis tantum viribus cives se condendi *Templi collegiati* proposito, opposituros, ac *Duces* potius voti sui compotes futuros esse, vulgi animam adhuc magis exasperant, eumque eo ferociorem reddunt. Civium quoque animus haud parum inflatus erat foedere, primis a MCCCCLXXXIV diebus *Lubecae* renovato inter VI *Wendorum* civitates, *Lubecam*, *Hamburgum*, *Rostochium*, *Wismariam*, *Sundiam* et *Luneburgum*, quo foedere sancitum est, sese invicem coniunctis viribus adiuturas esse. Quo foedere accensi cives *Rostochiensis* tandem coniurant, se mori, quam Ducibus condendum *Templum collegiatum* annuere, atque Clericis imperium in civitatem permittere in valle. Adhuc alio quoque facinore flagitioque, quod patriae nostrae annales historicique <sup>8)</sup> enarrant, in odium acrius et

penitus absurda fuisse, nec iis istas vertendas esse vitio, quia cives commodorum tantum proxime ad eos redundantium rationem habere, remota autem negligere ac despiciere solent. Similia de *Oxonio* et *Cantabrigia* narrat G. W. ALBERTI in libro, qui inscriptus est: *Briefe betreffend den allerneuesten Zustand der Religion und der Wissenschaften in Groß-Britanien, et quidem in XLV. harum epistolarum*. Praeterea *Rostochii* literarum studiosorum mores saeculo XV, feros fuisse agrestesque, illos publicam quietem ac securitatem saepius turbasse, et civibus molestiam ac indignationem creasse, haud sine veritatis specie ex convento colligi potest, quod in verum *Werner. Episcopus Suerinensis*, huius *Archi-Diaconus Beutzin* item *Concilium academicum et Senatus Rostochiensis*, de exstruendo communi carcere sub curia, cuius apparitor (*vigilum praefectus*,) amborum Senatum iurisdictioni subiectus esse deberet. Quod conventum anno MCCCCLXXI initum legi potest in XVI *corollario urkundliche Bestaetigung* adiecto.

7) SCHROEDER l. c. p. 2353; *urkundl. Bestaetigung* l. c. S. 29.

8) SCHROEDER l. c. p. 2353; Ill. RUDLOFF l. c. p. 843.



et offensionem Ducis MAGNI cives incurrunt. Aegre ferentes  
 DUCES MAGNUS et BALDHASAR, proposito suo diuina impedimenta  
 ac difficultates inferri, auctoritatemque suam tutaturi, rogant  
 primis a. MCCCCLXXIV mensibus CONRADUM, Suerinensem Episco-  
 pum, Ordinariumque loci, ut d. Jacobi eadem ad dignitatem Templi colle-  
 giati auctoritate sua euehat. Episcopus quidem Ducum precibus morem  
 gesturus denuntiat Senatus et diuinum concioni, id ut Principum deside-  
 rio concedant; illis vero praefraete postulata abnuentibus, Praefulus re-  
 petitis Ducum precibus commotus, certum tandem temporis spatium  
 diemque praestitit, quo Rostochienses aut Dominis suis impe-  
 rata facere, aut recusationis causas exponere deberent. Eniam vero a  
 Senatu ac civium concione delegati, se quidem die constituta Praefulus  
 iudicio foreque silentes, Archiepiscopum Bremensem appellant, ad  
 eumque provocant, quum etiam provocationem mandatis a Praefule  
 Suerinensi iteratis repetitisque continenter opponunt, cives male-  
 morigeri.

Qua Rostochiensium contumacia Episcopus Suerinensis tandem  
 ad iram irritatus, die IX Maii huius anni anathemate suo civitatem per-  
 cussit, atque sic dictam excommunicationem per vulgari iussit, simul mi-  
 nans civibus perveracibus poenas dignas a magistratu civili iis infligendas,  
 id quod *braehium saeculare* vocant. Tantum vero aberat, hi ut animo  
 ceciderint, ut potius ad Pontificem Maximum provocari, eius senten-  
 tiaem litem subiicientes. Quam quoque provocationem Sixtus IV.  
 P. M. ratam habens, Auditori causarum palatii apostolici, hanc causam  
 penitus cognoscere, iniunxit.

Commemoratae provocationi accedunt etiam membra Academiae,  
 nec non Praefules inferioris dignitatis ad IV primarias aedes urbis sa-  
 cras die Martis ante Pentecostalia a. MCCCCLXXXIV, cum Senatu et  
 concione civium conspirantes, se ab eorum partibus stare, nec istos  
 ante diremptionem litis deserere velle; atque pro hoc amicitiae pignore  
 Senatus ac cives invicem promittant, se quodvis hac ex coniunctione  
 illis ortum damnum ac detrimentum refarturos esse 9).

Nihil

9) Hoc inter Academiam et urbis Senatum initum pactum typis expressum  
 invenias in Rost. Erms. 1737. p. 769; et quoque in SCHROEDER iam  
 saepius cit. lib. p. 237. Postea academici se Ducibus hoc de adstipu-



9

Nihilominus haec conspiratio optatos fructus sperataque commoda  
haud tulit, quippe INNOCENTIUS VIII. m. Sept. huius adhuc anni  
MCCCCLXXXIV. P. M. creatus, nulla dictae provocationis habita ra-  
tione, precibus Ducum et Praefulis Suerinensis repetitis locum dans,  
auctoritate sua horum desiderium ratum fecit, d. XXVII Nov. h. a. Bulla  
seu diplomate confirmando, ut aedes d. Iacobo dicata, ad fastigium  
Templi collegiati, uti vocant, eveheretur <sup>10)</sup>, utque IV primarii Prae-  
cones urbis parochiarum Praelati <sup>11)</sup>, uti barbare vocantur, designaren-  
tur,

latu excusare studuerunt, inter alia in literis ad Principes datis, qua-  
rum supra in annotatione 2. fuit mentio facta, hanc causam interse-  
rentes, se periculorum metu, quae MCCCCLXXXIV. vitae suae bo-  
ni-que imminissent, provocationi ad P. M., licet invito, accessisse.  
Ea Academicorum verba! Ock Guedige leve Herrn zo juwen Gnaden  
mene wy unse Gelovte avertreden hebben, und den van Rostock Byval dan  
cren appellacien to adhererende Guedige leve Herrn wes wy dar anne  
dan hebben is geschen van Vruchte wegen van Var-  
licheit Lyves und Gudes de wy da tor tyd vor ogben-  
seggen, wo van wy ock Protestacien dan hebben. Sed  
quis rerum prudens non videt, has excusationes falsas et tantum modo  
per simulationem fictas fuisse? Timidos quidem, omnia, et quidquid  
increpar, perimescerent, eiusmodi terror subire, eosque subigere po-  
tuisse. Academicos autem ad hos metu abiectos referendos haud esse,  
dilucide docet historia rerum tum gestarum. Praeterea cur exemplum  
Clericorum eminentiori dignitate ornatorum, qui se a provocatione ad  
P. M. prudenter removerant, haud secuti erant, praesertim cum haec  
res nova, promittentibus id Ducibus, quoque e re Academiae futura  
esset. Forsan aegritudo ex eo, quod Academicorum nemo Praefulum  
dignitate in Templo collegiati potitus fuerit, spesque hinc fallaces eos  
erga Duces contumaces reddiderunt. Notatu etiam haud indignum  
est, videri KRANTZIUM, licet eum id latere non potuerit, narrare potuisse,  
Academiam provocationi saepius commemoratae accessisse, dum paucis  
tantum in Vand. L. XIV. c. 6. refert, Episcopum Suerinensem exer-  
cuisse in Rostochiensis ecclesiae gladium, sed illos, quum appellationem  
legitimam rite obtendissent, invenisse Clerum, qui illis adhaereret.

10) Pontificis M. Diploma lectoribus tradiderunt SCHROEDER l. c. p. 2359.  
et FRANCK in altem und neuen Mecklenburg, L. VIII, c. 22. p.  
280. seq.

11) Praepositus, Decanus, Cantor et Scholasticus.



tur, quibus VIII, sic dicti *Canonici* adiuncti fuere. Simul P. M. et coniunctim et singulatim executores huius diplomatis, seu Bullae suae, constituit IOANNEM *Episcopum Raseburgensem, Praepositum Ecclesiae cathedralis Suerinensis et Decanum Caminensem*, qui iussi fuere, *Bullam*, postulantibus id *Ducibus*, exequi, contumaces, eorum provocationis non habita ratione, persequi, atque si opus foret, magistratus civilis seu *brachii saecularis* auxilium implorare.

Quo fine Io. THUN, *Praepositus ecclesiae cathedralis Gustraviensis*, a *Ducibus Raseburgum* ad istius ecclesiae Praesulem cum dicto P. M. diplomate ablegatur, eum excitatum, mandato ut P. M. morem gerat; id quod quoque factum est. Haud ita multo post *Praepositus Gustraviensis*, modo commemoratus, se confert ad haud procul *Rostochio* situm *Coenobium Carthusianorum*, seu *Domum Legis Mariae* ibique *Bullam P. M.* divulgat.

Senatus quidem civesque opponunt provocationem ad Pontificem Maximum; *Episcopus* autem, civitate diris devota, vetat, quo minus *Clerici* in urbis templis ac coenobiis sacris operentur, iisque vacent; attamen *Romae Auditori caussarum Palatii apostolici* provocatio ad cognitionem et decisionem tradita est, hacque ratione *Interdictum sacrorum* adhuc caruit effectu.

Cuius sibi molestae remorae MAGNUS *Dux* impatiens, ipse a. MCCCCXXXVI, comitantibus eum *Praesule Raseburgico* multisque viris nobilitatis genere conspicuis, petit *Romam*, ibi petitioni suae desiderioque acrius institurus; et *Pontifex Maximus* istis non solum annuens, *Bulla* die xxxi. m. *Martii* h. a. edita <sup>12)</sup> denuo *ecclesiam collegiatam* condendam confirmat, licet *Rostochienses* quoque *Romam* ION. BERCHMANNUM, *Philosophiae Professore*m, ablegassent <sup>13)</sup>, P. M. *Diploma* ipsis ingratum infaustumque sublatum, sed etiam Ioan-

nes

12) III. RUDLOFF c. I. p. 853.

13) In literis iam saepius memoratis, quas MCCCCXCI. die *Mercurii* post *Dionysii* ferias ad *Duces* Academia dederat, haec queritur, sibi obiectam, vitioque datum esse, quod *Iobannem Berchmann*, Collegam suum, *Romam* miserit, impediturum, quo minus *Templum collegiarum* condatur, quique etiam ibi contra *Principes*, tam verbis quam scriptis, inique ac iustice se gessisset. Ad quam vero criminationem elevandam,

re-



nes, *Rasburgensium Episcopus*, *Rostochienses*, adiunctis seriis gravibusque comminationibus, ad obedientiam praestandam adhortatur.

Nihilominus *Rostochienses* forti animo resisterunt, sua in pertinacia perseverando, id quod *Episcopum*, ad istam frangendam, ad tantam incitavit iram, ut non civitati solum denuo sacrorum commercio interdixit, sed quoque *Caesarem*, *Danorum Regem*, *Electorem Brandenburgensem*, vicinosque Imperii *Germaniae Principes*, tam sacros, quam civiles, atque urbes, ad arma adversus *Rostochii* cives pervicaces excitavit, eorum ut urbem in *virtutem sanctae obedientiae*, ut *KRANTZIUS* c. l. ait, adorirentur. Miseri quidem urbis incolae attoniti *Romam*, provocando ad *Pontificem Maximum*, confugiunt; sed tamen, instantibus *Ducibus*, istorum *Procuratori* silentio imperato, *Rostochienses* tandem caussa ceciderunt, litemque perdidit. Iam tandem omni salutis auxiliique spe orbati, acquiescendo nil amplius moverunt, polliciti sive ex animo, sive simulate, se imperata facturos, atque mandatis obtemperaturos esse. Quo facto, *Templum* tandem collegiatum, praesentibus *Ducibus* *BALTHASARE* atque *MAGNO*, huiusque *Coniuge SOPHIA*, *Episcopis* quoque *Suerinensi* et *Rasburgensi*, multisque aliis *Praesulibus* ac viris purpuratis, die *XII Ian. a. MCCCCLXXXVII.* sollempnibus caerimoniis inauguratur, et sic dicti *Praelati* <sup>14)</sup> atque *Canonici* electi, in munere suo constituuntur, ac publice renunciuntur.

Quibus sacris ac sollempnibus finitis, accessit *Rasburgensium Praesul* a se creatos *IV Praelatos* ac *Canonicos* in *Templi Sacrarium*, iubens, eos iam die noctuque, uti in aliis *ecclesiis cathedralibus* moris sit, sacris vacare, operarique. Non ita quoque multo post ad *Sacrarium*

B 2

totus

respondent ita: *Vürder Gnedige leve Herrn begehre odmodigen Meyster Iohann Berchmann juwe Gnaden willen ene vor sich steden he will juwe Gnaden des Artickels halven ene belangende so underrichten juwen Gnaden scholen em ofte uns van syu wegen syne Schuld geven de denne ock nicht van uns sonder van dem Rade to Rostock uppsand is.*

- 14) *Sacrorum Praecones* ad *IV. urbis Basilicas* primarios *IOHANNES*, *Episcopus Rasburgensis*, in dignitatem *Praelatorum* evexit, et quidem *THOMAM ROBE* ad *d. Mariae*, *Praepositum*, *HENR. PENZIN* ad *d. Iacobi*, *Decanum*, *IOH. THUN* ad *d. Petri*, *Canorem*, *LAURENT. STOLTENBERG* ad *d. Nicolai*, *Scholastum* et *Thesaurarium* creando.



totus Senatus *Rost.* accessit suppliciter, praeeunte BARTHOLD. KIRCHHOFF *Consule*; rogans, ut, quoniam iam *Pontificis Maximi* edicto paruisset, fatisque ei fecisset, tam ipse, quam cives, anathemate sacro iis inflicto liberarentur, id quod etiam ab *Praefule Raseburgensi* factum est.

Et hoc quidem die cives *Rostochienses* quietem simulabant, et *Principes* horumque comites laetabantur, negotium id grave diuque exoptatum tranquille tandem confectum esse; sed haec gaudia inania falsaque fuere. Nam *d. XIV. Ian. eiusdem anni* turba seditiosorum civium, ferarum ac belluarum ritu furoreque in aedem *d. Iacobi* irrum-punt, sacra a *Canonicis* ibi habita immani clamore ac tumultu turbant; quin hac violentia effrenata haud contenti, THOMAM RODE foede per urbem tractum Thyadum amentium more ritumque tandem interimunt; HENR. quoque PENTZE, *Decanum* senem nonagenarium, in vincula coniectum, aliquot per menses summa cum contumelia in carcere detinent, squaloreque; quin immo MAGNUM *Ducem Dominumque* suum, mane, cum in eo esset, ut ientaculum caperet, turpi fuga salutem petere cogunt, ac tandem eius *Coniugem*, quae maritum illico sequi haud potuerat, ignominia adstingunt indignissima.

Coniectu facile est, in quantam, eamque iustissimam, iram haec iniuria atrocissima in *Se Suosque a sibi* subiecta civitate patrata *Duces* nostros concitarit, ac quam aegerrime *Praefules* civium male morigerorum pertinaciam tulerint; ideoque uterque ordo, tam ecclesiasticus, quam civilis, decreverunt, se de civitate feroci graves esse poenas capturos. Quoniam vero coelestium irae ante omnes esse solent saevissimae, horum vindictam sum primo enarraturus.

Exeunte h. a. Januario, *Raseburgensium Episcopus* ob haec flagitia patrata civitatem iterum communitate sacra privat, vetans severissime, ne *Clerici* in urbe hac diris devota sacris operentur, ac quoque *Rectorem* una cum *Professoribus* omnibus, moenibus excedere iussit, id quod etiam ipsi factu haud difficile erat, quia INNOCENTIUS VIII P. M. Academiae MCCCCLXXXVI sic dictum *Conservatorium*, quod CALIXTUS P. M. ei MCCCCLVII in XXX annos largitus fuerat, in perpetuum extenderat, his quidem verbis: *etiamsi Universitatem Studii huiusmodi ad quaecunque alia loca successive transferri contigerit* <sup>15)</sup>.

Iam

15) Hoc P. M. Conservatorium suggerit SCHROEDER l. c. p. 2385.



Iam quoque cultus divinus in urbe sistebatur, aedes sacrae monasteriaque fuere occlusa, ac sacris vacare, non nisi domi, intra parietes suos ulli licitum erat <sup>16</sup>).

Academia quoque nostra, haud dubitans, *Duces* scelera in urbe patrata esse haud impunita laturos, hincque se pariter, ac MCCCCXXXVII accidisset, coactam fore, urbe excedere, secum animo agitabat, qua ratione, fata tristia ipsi imminentiā tam levia, quam fieri posset, redderet, seque suosque ab iniuria adversariorum, et in primis a vindicta poenaeque *Ducum* tutam praestaret, quippe de gratia *Principum* erga se cunctaque membra ideo praesertim haud sine causa anxia erat, quoniam provocationi ad P. M. a civitate factae accessisset, et *Professor* IOH. BERCHMANN *Romam* missus, civitati ibi contra *Duces* operam navasset. Nec etiam a metu securi erant *Professores*, haud inaniter veriti, ne *Rostochio* discedentes, ab exercitu seu ministris *Principum* in horum terris inquietarentur, idque eo magis verebantur, quoniam anno proxime praeterlapso, quidam *Ducum* ministri a civitate *Ducibus* rebelli, in vincula coniecti, et tandem capite damnati fuerant. <sup>17</sup>).

*Professores* ergo similis periculi anxii, a *Ducibus* fidem publicam, tutique comiteatus litteras petierunt, id quod *Iurisconsulti* recentiores *salvum conductum* vocant, quas litteras etiam amicissimis verbis conscriptas *Vismariam* usque, die *Iovis* ante XIV. Febr. a. MCCCCXXXVII. acceperunt, et quidem ea ex causa tantum usque ad hanc urbem, quia istas non ultra rogarat *Academia*, ibique commorari initio statuerat, quo in vicinia remaneret.

Summa harum tuti itineris literarum memoratu dignissimarum haud dubitare sinit, *Professores* veri similiter suo in libello supplicii indicasse, sibi forsitan, iubente *Episcopo Raseburgensi*, urbe diris iam devota, exeundum esse, seque id, securitati suae consulturos, ne pariter in capitis periculum, ac iam alii, veniant, optimum factu ducere; sed tamen se ipsos celare haud posse, se in lite causaque *Templi collegiati* non ita erga *Duces* suos se gessisse, securius ut horum gratiae confidere possent, se autem ad hanc recuperandam,

B 3

iam

16) Vid. SCHROEDER c. 1, p. 2493.

17) Ita immerito a *Rostochiensibus* interemptus est *Suavensium Praefectus* una cum suis adparitoribus; KRANTZIUS l. c. L. XIV. c. 2.



iam promittere in omnibus rebus fidem obedientiamque erga *Principes* debitam, quo posthac eorum indulgentia haud indigni forent.

Ob rei gravitatem haud alienum esse duco, harum securitatis litterarum, quasque post aliquot versus in margine integras apposui, epitomen, summariumque hic adferre: Quia *Rostochii*, praesente *Magno Duce* dira caedes iam facta esset, ac adhuc ibi nonnulli in vinculis haberentur, hincque verendum esset, ne eadem fata iniusta indignissimaque alios, in primis Academiae membra, maneant, a civibus insolentibus iis infligenda; ideo ambo *Duces MAGNUM* et *BALTHASAREM* commotos esse, et Academicos omnes et singulos et istorum bona facultatesque suis in terris tueri, et ab interitu vindicare, quo haec Universitas litteraria, suis a Maioribus celsissimis condita, a P. M. confirmata, facta et tecta ab omni periculo conservetur, ne illius vires debilitentur, opesque senescant, ad quod officium se a Deo sanctisque legibus obstrictos esse, praesertim, quia Academiae salus cum sua ac totius regionis salute coniuncta sit arctissimo vinculo. Qua ex causa se Academicos, postquam ad Ipsos eorum consilium desideriumque relatum esset, se *Rostochio*, *Wismariam* commeaturos esse, una cum opibus suis in fidem his litteris publicis recipere, adeo ut, quando ipsis libitum foret, ac suo pro commodo; libere, ac haud impediti, et a *Principum* horumque ministrorum *iniuria tuti tectique*, inde abire possent; his promissis *Duces* sincere stare velle, nec esse, quod Academici de iis dubitent. Sed tamen huic animi significationi amoris benevolentiaeque plenae minas addunt *Duces*, se nimirum, si Academici contra fidem ipsis datam posthac inique fecerint, a Dominis suis imperata contumaciter recusando, has securitatis litteras rescissuros esse<sup>18)</sup>.

E con-

- 18) Licet has tuti comneatus literas *Corollarium XVII. urkundl. Befactigung* adnexum posteris iam servarir, istas tamen ob rei gravitatem hic repetere, operae pretium esse duxi.

Wy Magnus unde Baltzar Gebrüder von Gotts Gnadeu Hertogen to Meckelenborg, Forsten to Wenden Graven to Zwerin Rostock unde Stargarde etc. etc. der Lande Herren bekennen jegenwerdich vor unsz den unsern unde süsz vor als weme mit dissem unsern apen Brieve de en sehn oder hören lesen also denne in kort vorgegangen Tyden in unsers Hertoge Magnus Gegenwärtigheir de van Rostock binnen der Stadt unser unde des Stiffts, unde Dom Kercken



E contrario vero adversum civitatem *Duces* ad tanto acriorem sunt iram indignationemque concitati, cum ista renueret, *Principibus* licet id postulantibus, caedis auctores punire, sed potius declararet, se omnes id facinus patrasse. Maturius etiam *Duces* ex civitate ultionem petiissent iustam, *Wendorum* nisi civitates se his turbis interposuissent,

ac

cken to Zwerin Prelaten unde Vorwanten Prester unde Geistlichen Personen mit groter Grimmicheit unminslichen unvorschuldens vormordet unde noch erliche gefengcklich holden, da deme allen baven Godt, Recht, Billigkeit befrige der Presterlichen werdigkeit Gesette der Rechte unde Natur gescheen is, unde meher to befürchtende, de von Rostock ere äverdadicheit, Walt, Homüdt unde unchristlig Vornement an ander Geistlike Personen unnde sündertlichen unser Universiteten to Rostock unde den en anbelangende findt, in dersülven bösen Vorsatte, dat Gott vorbeide, vornehmen möchte unde se erer live unde Güder Vare stan müten, unde denne defüllfte Universiteten erstmall durch unse Vorsarn Zeligern gefunderet, darnah von dem Stule to Rome unde Christlichen Kercken confirmiret unde bestetiget is worden derhalven ock unserer Vorsahren göttliche und gude Andacht durch den Romischen Kercken confirmiret, by Macht blive, werden wy bewagen, szo wy plichtig findt, de erenannten Universiteten mit denjenigen de en anbelangend findt, sempelicken besunderen und eynen iglicken by sick ere Personen unde Güder in unseren Landen to beschütten unde to belchermen unde sy by state unde Macht to beholdende dar uns denne Gott unde dar hilge Recht so drenget unde unseren Forstlicken state nüth to donde (szo dans mede angesehen nemen wy de genannten Personen unzer Universiteten mit allen eren medelithmaten den des mede belangen mach, sämpelicken besunderen unde eynen iszlicken by sick, uth unser Stadt Rostock beth in unse Stadt Wiszmer dorch unse Gebide unde Lande to wanckende, nach so daner Meyninge an uns gebracht, unde heben sy forder mit erem Live unde Gude in unse Vordedinge Beschüttinge unde Beschirminge genamen wanner idt en belevet, Zecker, fry, veillich fredesam unde unvorhindert to wanckende Nimandes uth genamen, veiligen unde geleiden sy gegenwardich nach erer Bequemheit, dorch unse Lande beth in de genante Stadt Wiszmer ungerfelig vor uns den unsern und süß vor als weme de ümme unsern Willen don laten scholen, unde uns von Rechtes wegen vorpflicht unde vorwandt sündt wo vorgestreven in Crafft unde Macht dises Brives, den unsern ernstlicken by unserem Högsten

Bade



ac primo quidem per ALB. KRANTZIUM, tunc temporis *Hamburgensium Syndicum*, qui *Suerinum* eo fine ablegatus fuerat, deinde in Conciliis civitatum dictatum, variis locis usque ad m. Maii habitis de amica rei compositione egissent, idque negotium bene ac feliciter confecturas esse sperassent. Qua vero compositione amica ad nihilum irritumque tandem recidente, obsedit MAGNUS Dux exercitu, ut tum erant tempora, amplissimo, et adhuc a BOGISLAO, *Pomeraniae Principe*, copiis auxiliariis adiutus, urbem seditiosam et refractariam mense Julio <sup>19)</sup> ante quod autem tempus Academia iam moenibus exierat; Musae enim imbelles ac semper trepidae arma telaque horrescunt, eaque fugiunt.

Haec hactenus enarrata sufficiant, ad eo dilucidius *καταστοφην* intelligendam, quae causam dedit, nostra cur Academia *Lubecam* tandem secesserit aufugeritque. Ordinis autem dilucidioris ergo secessionis seu exilii huius historiam in tres temporis periodos descripturi sumus, quarum *prima accuratius tempus definiet, quo Rostochio abierit Academia, secunda exponet, quo statu fortunaque Lubecae sit gavisa; tertia tandem de reditu in patriam et ad lares aget.* <sup>20)</sup>

I) Tem-

Bade unde Vormidinge unser Ungnade bidende szodane Geleide en und den' eren to holden is unse ernstige Meyninge Bodt unde Tovorladt, weret denne sacke baven solcke unseere zeckere vorge-screvene Geleide de Universiteten unde ere Vorwanten, wes anders un-schickliches wolden vornehmen gegen szodane Tosage an uns gebracht; szo beholden wy uns des so dane Geleide wedder up toropende in Macht disses sulvigen Brives. Des tor Bekantnisse hebben wy unse Ingefelgel heiten hengen an dissen Brieff de gegeben is to Zwerin am Donnerdage na Valentin Anno LXXXVII.

19) KRANTZIUS scribit hac de uerbis obsidione in *Vandalia L. XIV. c. 11*; quae sequuntur: *Appetente deinde tempore, quo fruges essent in agris, equorum futura pabula, Duces magno instructu urbem obsedere, accuratius obsidii tempus definivit SCHROEDER c. I. p. 242.* scribens, d. Martis ante Apostolorum divisionem (*XV. Jul.*) urbem exercitu cinctam esse.

20) Ad hanc quoque exilii *Lubecensis*, quo nostra Academia Saeculo XV. fuit addita, historiam persequendam, et in clariori luce pro viribus ponendam, *ambo Alba* pervetusta, quae favens fortuna Academiae adhuc servavit, nec non eiusdem aetatis scriptores ac *συγγραφοι*, egregiam nobis



1755 I) *Tempus abitus.*

Quod ad tempus, quo Academici *Rostochio* secesserint, pertinet, historici tantum non omnes adseverant, Academiam mandato ab *Episcopo Raseburgensi* exeunte Ianuario a. MCCCCLXXXVII. accepto obtemperantem, non ita multo post a *Ducibus* m. Febr. h. a. precibus suis impetratis tunc commeatu ac itineris Litteras, *Rostochio* iam m. Aprili dicti anni abiisse <sup>21</sup>). Sed neutiquam id extra omne dubitationis periculum positum est, sed potius firmissimis confutatur rationibus; Academia enim, quae ab urbe relinquenda abhorrebat, a *Wendorum* civitatibus, post anathema ab *Episcopo Raseburgensi* urbi denuntiatum, usque ad m. Maii h. a. omni cum cura studioque de amica turbarum compositione agentibus, adhuc semper auxilium expectabat, ac a *Ducibus* securitatis litteras iuxta, ac antea alias his similes, quibus impetratis, res tamen ad abitum haud procellerat <sup>22</sup>), tantum modo securitatis ergo expetiverat, easque acceperat.

Omnes nobis navarunt operam. Etenim ad historiae verae naturam formamque eiusmodi testes locupletes iure ac merito pertinent et requiruntur, fabulis nisi Milesis ineptis eam adnumerare velis, isque, qui hos testes incorruptos fideque dignissimos ac, nec antea, uti par fuisset, aut plane non interrogatos, conquirat, iure censendus est, naturae formaeque verae historiae cum cura studioque consuluisse, nec testimonia haec gravia, ab eo congesta, in res exigui momenti seu minutias referri debent.

21) SCHROEDER scribit l. c. p. 2403. hac de secessione ita: *Nicht lange nach jetzt gedachten Befehl des Ratzeburgischen Bischofs, sind sowohl die Professores, als die Studiosi, wirklich von Rostock weggegangen. Es zeuget davon folgende alte Schrift, welche des Donnerstags nach Valentini, (nach dem 14. Febr.) 1487 zum Vorschein kommen; ibid. p. 2410. Solchergestalt hat sich die Rostocksehe Universität den April, May, Junius und Julius hindurch in Wisman aufgehalten, und zwar allem Ansehen nach im schwarzen Kloster, cet.*

22) Antiquiores tunc commeatu literae datae sunt a WILHELMO, Duce *Wetlae* d. *Lunae* post festum *adscensionis* d. *Mariae* d. XV. Aug. a. MCCCXXX. hincque inter turbas discordiamque, quae tunc Senatui cum civibus intercesserant. Typis editae sunt haec securitatis literae tam in *Rost. Etwas* 1737. p. 13; quam in SCHROEDER l. c. p. 1909. Iuniores vero literae, MCCCXC. m. Jun. d. *Mercurii* post *ferias Vito* sacras extant in corollario XIX. ad *urkund. Bestaetig.*



Omnes Professores <sup>23)</sup> adhuc d. XX. Iun. a. MCCCCLXXXVII. Rostochii fuisse, ac tantum modo *Rectorem* una cum quibusdam Collegarum suorum non multo ante obsidionem urbis a MAGNO Duce in Julio MCCCCLXXXVII susceptam, eam reliquisse, argumenta haud dubitare sinunt gravissima firmissimaeque. *Partem*, inquam, tantum *Professorum moenibus exiisse*; aliqui enim eorum remanserunt, urbem haud relinquentes <sup>24)</sup>.

Hoc

23) Numerus Professorum, qui tunc obtinuit, ex aliis temporum periodis iudicandus haud est. Tunc enim temporis iste numerus admodum exiguus fuisse videtur, cuius diminutionis princeps causa forsan facere DCCC. Professoribus ex Gryphico exilio redeuntibus, a Senatu urbis compressi Florenti Rhenenses. Minimum citatio Professorum ad *Episcopum Suerinensem MCCCXCIII. d. XVI. Sept. facta*, quam *Schroeder i. c. pag. 2535.* nobis servavit, dubitare haud sine, tum Concilium academicum tantum modo septem viris constitisse. Episcopo quippe se iistere iubentur: *Liborius Meyer, Rector, Arnoldus Segeberg, Balthasar Iendrick, Ioachim Papcken, Arnoldus Bodensen, Iobannes Berchmann et Ioh. Crogber, Consilium almae Universitatis studii Rostochiensis nostrae Suerinensis dioecesis, atque ipsam Universitatem pro nunc collis representantes.* Si quoque adhuc praeter istos nonnulli Professores in Concilio non conscripti, in Academia tunc fuissent, quos *Non-Conciliares* vocare solemus, horum tamen copia illorum numerum vix ac ne vix quidem aequare potuit, ideoque eo minus auctorum *Rost. Ervas 1741. p. 171.* sententiae subscribere possum, hos illos numero superasse. *Philosophorum Album vetustum* hinc optime concordare inde colligimus, quia tres tantum huius Ordinis Professores, puta, *Berchmann; Iendrick et Bodensen*, ab a. 1488. usque ad diem Tiburtii a. 1496 soli inter se Decani spartam permutarunt. *Academiae* quidem *Album* ab a. 1488 usque ad a. 1493 subministrat inter Rectorem nomina adhuc *Lambertum Kryling, Ioh. Eberbach, et Jac. Horstmann*; sed tamen ab a. 1493. usque ad a. 1495 videbis nominatum neminem, qui a VII. supra iam commemoratis viris seiunctus foret. Nomina *Krylingii, Eberbachii ac Horstmannii* in *Albo* dictis annis evanuerunt, forsan quia ante a. 1493 iam mortui fuerint, sive ob turbas adhuc nondum sopitas, munere aut domo abierint.

24) Id testatur corollarium XXIII. adnexum *urkundl. Bestaezig.* in quo Professores, crimen in se collatum, depulsi, quod invitis Ducibus, Rostochium remigrarint, sequentia scribunt: *Ock gnedige leve Herrndat wy to Rostock syn wedder yn getaghen zo unse billigeste Vader de*  
Pa.



Hoc abitionis tempus patet, I) ex verbis KRANTZII sequenti-  
 bus 25): *Universitas autem Doctorum, Magistrorum et scholarium,*  
*aliquandiu se ab urbe retraxit, dum obsideretur, dumque ibi mi-*  
*litares versarentur; sed postea, quum res in trugis esset, locum suum*  
*repetentes redierunt. Non enim utile sed damnosum duxere, diu vacare*  
*Gymnasium, quod scholares dilaberentur, dispersi, ut fieri solet, in*  
*omnem regionem. Quod testimonium tam dilucidum est, ut commen-*  
*tarii haud indigeat.*

Huic optime respondet II.) id, quod in albo *Academiae* consignatum  
 legimus: Anno Domini *MCCCCLXXXVII* mensis *Marcii* die  
 ultimo electus est in *Rectorem Universitatis honorabilis vir Dominus*  
 et *Magister Arnoldus Bodensen* et in die *Sancti Georgii publicatus,*  
 sub quo intitulati sunt infra scripti:

*Maii*

*Petrus Laurencii de Fionia* dd. *II. Marc. XXVIII. die.*

*Iunii*

*Johannes Boecii de Stege* dd. *II. Marc. prima die.*

*Alexius von dem Sande de Stendal* dd. *II. Marc. XIma die.*

*Olavus Iohannis de Horsenisse* dd. *II. Marc. XXma die.*

*N u m e r u s I I I I .*

Quae verba excipiunt sine intercapedine sequentia: Anno Domini  
*MCCCCLXXXVII* ipso die *sancti Dionysii* dictus *Dominus et Ma-*  
*gister Arnoldus* in *imperiali civitate Lubicensi* in suo *Rektoratu* fuit  
 continuatus, sub quo anno sequenti intitulati sunt infra scripti:

*Augusti*

*Martinus Hillemann de Mynda,* *II. die in civitate Lubicensi* dd.

*C. 2 X*

*II.*

*Pawes* in synen *Privilegien der wy juven Gnaden* eyn copien van beval-  
 den heft bewiller umme *Sacke* in den sulus *Privilegien* bestimmet had-  
 den *wyl* wohl verhapet nicht mochte *juven Gnaden* entgegen wesen zo  
*wy juven Gnaden* meninge vorstanden zo kennen. Ock is id in *nyer*  
*gnaden Upsazen* geschehn *wy* hebben angbesen *juwe Gnad Univerfiteren*  
 grote *Perickel* unde ewich vorderf vortockamende nach dem de *Meister*  
 de dar tor stede weren myt enem *Doctorand* wolden hebben desulve *Un-*  
*verfiteren* vortaten unde syck in eyne ander *Univerfiter* geven darut  
 den *juven Gnaden Univerfiteren* ghefsalicken *verschuchter* und zo  
 nichte worden hadde.

25) *Vandal, L. XIV, c. 14. in loc.*



*II Marc.* Hunc in *albo* sequuntur nomina X iuvenum, qui uno eodemque die XVI Aug. h. a. nomen Academiae dederunt, et de quibus plura dicturus sum, quando de tempore, quo Academia redierit, inquiretur.

Quia ARNOLDUS BODENSEN, de quo in *Albo academico* relatum legimus, eum in sequenti semestri Lubecae munia Rectoris continuasse, exeunte Martio Rector creatus, ac Georgii die (d. XXIII Aprilis,) renuntiatus est, quia porro *Inscriptionis* Studiosorum d. XX Jun. factae sine ullo additamento in *albo* mentio facta est, etsi annotatum tamen in eo est, MARTINUM HILLEMANNUM in civitate Lubicensi apud Rectorem nomen suum professum esse, duasque *Marcas* dedisse, patet, A. Bodensea adhuc hoc die (XX Jun. 1487.) heic commemoratum fuisse. Ad hoc argumentum novum maiusque robur inde accedere videtur, quod inscriptio in *album Academicum* nominum eorum, qui civitatem acad. impetrant, finito demum Rectoris munere, facta sit, id quod ex simili scriptoris manu ac atramento dilucide apparet. Qua ex causa, ut ego quidem opinor, dubio procul est, supra commemoratam nominum IV iuvenum in *album* inscriptionem in m. Maii et Jun. a. 1487 adhuc *Rostochii* factam esse, ac Academiam XX Jun. d. a. adhuc ibi fuisse commemoratam.

III) Equidem *Album Philosophorum Ordinis* in tribus istis semestribus, nimirum aestivo et hiberno a. MCCCCLXXXVII ac aestivo a. MCCCCLXXXVIII nil exhibet, quo historia *Secessionis*, de qua iam agimus, illustrari posset. Etenim post relationem in *albo* scriptam, ALBERTUM KRANTZIUM, per aestatem a. MCCCCLXXXVI Decanum, XV Baccalaureos creasse, porro BALTHASAREM IENDRIK, Decanum semestris h. a. hiberni, VI Magistros et XII Baccalaureos renuntiasse; sequitur in una hand interrupta serie:

Anno MCCCCLXXXVIII Dionysii electus est Decanus Magister Iohannes Berchmann, sub quo promoti sunt III Magistri et VI Baccalaurei.

In sequentibus quoque annis munia Decanorum se consueto tempore, diebus nempe Tiburtio et Dionysio sacris, haud interrupte, in *albo philos.* excipiunt, exinde autem non colligendum est, Academiam iam Tiburtii die a. MCCCCLXXXVII urbem reliquisse. Σκοπός enim *albo philos.* praefixus non est, historiam ut rerum in Universi-



tate gestarum complectatur, sed potius ut tantum modo seriem *Decanorum* nominaque ad honores Philosophiae promotorum, et in Ordinem Philosophorum receptorum, posteris tradat. Sed tamen observatio, manu quidem iuniori, ast nihilo minus antiqua, ac iam, ut credo, saeculo XVI. scripta, marginique albi adiecta, supra memoratam lacunam supplendo docet, his in semestribus ob litem de *Templo collegiato* ortam, honores fuisse academicos collatos nemini <sup>26</sup>).

Tempus abitionis acuratius sane definiendum haud est, nisi quod illa Professorum pars, quae secessit, inter d. XXI. Iun. et XV. Iul. a. MCCCCLXXXVII. urbem reliquerit. Ita nos quidem calculis ex *veteri Academiae albo* aliisque indiciis, rite accurateque positis sentimus, licet ex sententia Ill. RVDLOFF *l. c. pag. 863.* et SCHROEDERI *l. c. pag. 2490.* et 2470 paullo post. d. XV. *Februarii* id acciderit. Definitum aliquid de toto Professorum costu, horumque abitu ex urbe vix ac ne vix quidem dici potest. Quoniam enim omni hac in lite de *Templo collegiato* culpa Professores haud vacarint, nec ideo *Rostochii* civibus iucundum esse poterit, illos, imminente urbis obsidione, secedere, seque periculo subtrahere, ad fidem propius est, eos haud publice, communiter unoque die, sed potius sensim pedetentimque ac tacite abiisse.

Quo factio fieri potuit, ut, id quod traditio fert <sup>27</sup>), nonnulli fugacium Professorum aliquot temporis *Wismariae* in *Praedicatorum monasterio* commorati fuerint, licet haec fama non ullo fide digno teste ac argumento nitatur, nec ex litteris tuti usque ad *Wismariam* *Commeatus*, quas a *Ducibus Academia* acceperat, id colligi, ac probatum

26) „A. 1487, accidit Rostochii seditionis ob erectionem templi Iacobaei in collegiatam Ecclesiam a Ducibus Megapol. institutam procella, qua novus praepositus Thomas Rhode est occisus, Decanus Henr. Pentze custodiae traditus. Unde urbis obsessio et bellum inter Duces et urbem quinquennale exortum, Universitatis Docentes et Discipulos aliquamdiu se ab urbe retraxerunt, et Lubicam contulerunt, ubi honorifice excepti sunt, sed mox redierunt. Unde his annis promotionum raritas. Cranz Vandal. Libr. 14. cap. 8. 14. Lindenberg Chronic. Rostoch. Libr. 5. cap. 7.

27) SCHROEDER in *Papistschen Mecklenburg* p. 2408 et 2410; et in *Wismarschen Prediger-Historie*, pag. 273. Ill. RVDLOFF *l. c. p. 863.*



dari possit, id quod supra iam demonstrasse arbitrör. Id quoque dubio procul falsum est, quod *Schroeder* <sup>28)</sup> opinatur; IV. iuvenes supra iam commemoratos quos in Studioforum numerum in. Maii et Iun. MCCCCLXXXVII ARNOLDUS BODENSEN, *Academiae Rector*, retulerat; *Wismariae* civitatem acad. ab isto impetrasse, ut supra iam dilucide ostendi, planumque feci.

Die IX Oct. d. a. BODENSEN, *Rector*, una cum pluribus Collegarum suorum *Lubecae* iam commorabatur, ibi, teste *Albo acad.*, ut supra docui, consentientibus Collegis, id munus continuans. Causa, cur fugaces *Musae Rostochienses Lubecam* se contulerunt, haud obscura est, fugereque potest fere neminem. Hac enim in urbe, quae *urbium Hanseaticarum* foedere *Rostochio* iunctarum caput erat, quaeque a. MCCCCLXXXVII omni cura studioque huius civitatis utilitatibus publicis, *Academiae* votis salutique convenienter, invigilarat ac insurrexerat, Professores domi patriaque extorres, summam securitatem, maximumque honorem ac favorem iure meritoque sperare poterant, id quod quoque rerum tunc gestarum scriptores silentio haud praetermiserunt, praedicantes, Professores a *Lubecensi* Magistratu et populo summo honore ac gaudio exceptos, maximoque favore adfectos fuisse <sup>29)</sup>.

De tempore, quo *Academici Lubecam* secesserint, accuratius designando, haec dicta sufficiant; iamque disquisitioni opus est:

II) Quo fortunae modo graduque in hac nova sede temporaria usi sint, et quid ibi egerint?

De factis, quibus *Lubecae* Professores, patria extorres, gavisi sint, ac de laboribus, quos alumnis suis utiles ibi susceperint, id tantum, duobus ambobus saepius iam laudatis *albis*, aliisque documentis explorare dicendum est, quod iam subiiciam: 1)

28) SCHROEDER *Papist. Mecklenb.* p. 2409 ita scribit: Es ist das, was von dem ersten Rectorat M. Bodensens sich findet, anzusehen, als eine Sache, die in Wismar geschehen, da denn auch die 4 genannte in Maio und in Iunio immatriculiret.

29) Teste BACKMEISTERO, in *Megapol. Literar. Prodromi col. 108.*, cuius Viri verba digna sunt, quae hic repetantur: *Academia Rostochiensis Mandatis Apostolicis obtemperans, ab urbe Rostochio non absque incommodis, damnis et detrimentis, cum omnibus et singulis suae Iurisdictioni subiectis (conf. interim Coroll. 23. annexum Urkund. Bstär)* ad *Urbium Hanseaticarum* caput, *Lubecam*, se contulit, ubi ab *Magnifico urbis* Senatu et populo summo honore ac gaudio excepta, maximis tunc favoribus aeviterum commemorandis affecta fuit.



1) *Tempore huius exilii non novum creatum esse Rectorem constat.* Teste enim albo acad. haud interrupte, ARNOLDUS BODENSEN munia Rectoris *Lubecae* usque ad reditum in patriam continuavit.

2) Nec quoque in ordinibus seu *Classibus*, in quas pro diversitate disciplinarum Professores distribui solent, *Decanos* se excepisse, inde non sine ratione ac veri similitudine colligi nobis licet, quia *album Philosophorum Ordinis*, quod omnium vetustissimum, ac solum ex hoc aevo superstes est, de *Decanis* in ordine Philosophorum tribus his semestribus, quibus *Academia Lubecae* commemorata est, sibi succedentibus tacet.

3) Similiter nulli in hac sede temporaria honores academici collati sunt. Docet hoc et *album Philos.*, et exinde quoque patet, quod quidam Professorum *Rostochii* remanentes, minitabantur, se suo cum Candidato in aliam velle *Academiam* se conferre, cuius rei iam supra mentio facta est.

4) In *Albo acad.* non ullum exstat indicium, ac vestigium, *Lubecae* adolescentes in studiosorum numerum relatos esse, nisi quod MARTINUS HILLEMANN, de *Mynda*, teste albo acad. d. 2. Aug. MCCCCLXXXVIII tunc more receptum *Inscriptionis* pretium 1 r. Marcis *Lubecae* persolverit, et quidem eo fine, una cum reliquis *Rostochium* proficiscendi, civitatem academicam postularit, qua de re infra uberius acturi sumus.

Labores ergo et negotia, unice a Professoribus exulibus *Lubecae* peragenda, scholae fuissent, ac creditu haud nefas est, aliquas ibi habitas esse. Si enim iuvenes literarum ac institutionis cupidi ibi adfuerint, absolum quoque fidei est, Professores religiosos opera sua et officio istos desituisse. Sed illis, ad scholas suas ibi habendas, concessum esse, uti quidam scriptores rerum *Lubecae* gestiarum traditioni ibi pervulgatae fidem habentes, adseverant<sup>30)</sup>, *Collegium Sodalium Francisci divae*

30) v. tel. I. R. BECKER *Geschichte der Stadt Lübeck* Vol. I. p. 463. seq. Cum quo, licet dubitanter, convenit. Io. HENR. a SEELEN, *Gymnasii literarii Lub. olim Rector* eruditionis fama inclitus, in commentatione sua hac inscriptione insignita; ad *Iacobi Middendorpii* librum de *Academiis analecta*, Regiae *Academiae Gryphiswaldensi* d. XVII. Octobr. A.



vae *Catharinae* dicatum, in quo iam istius urbis *Gymnasium literarium* est conditum floretque, mihi verissimile haud esse, sed potius fidem omnem superare videtur. Tunc enim hoc *coenobium* non in *Magistratus Lubecensis* potestate erat, sed potius ex nutu ac arbitrio *Episcopi Lubecensis* pendeat, nec tamen in hac temporis periodo vestigium ullum apparet, Professoribus *Lubecam* profugientibus cum *Episcopo* et *Monachis urbis* amicitiae vinculum intercessisse. Equidem qui dictae coniecturae et auditioni, Professores in *Coenobio Catharini* docuisse, favent, isti vulgari plebeiorum hominum loquendi ratione, qua *Gymnasium literarium* isto in *Coenobio* deinceps conditum, iamque ibi florens, *altam scholam* (*de hohe schole*) appellant, novum maiusque robur conciliare student, ab eo scilicet tempore, quo *Academia Rostochiensis* hac in urbe fuit, hanc nominationem derivandam esse, coniectantes. Ast haec nominis derivatio habet mea quidem sententia, nihil momenti; nam verissimiliter ista nominatio demum post tempora reformatae per *Lutherum* Ecclesiae ex usu esse coepit, quo *Gymnasium* honorifice ab aliis scholis in urbe plebeiis distingueretur.

Multae caeque graves causae in eam me adduxerunt opinionem, *Lubecae* scholas, si quae ibi habitae sint, admodum raras ac exiguis fuisse cancellis circumscriptas. Nam 1) *Lubecae* tantum pauculi litterarum studiosi adfuerint, necesse est, quippe a. MCCCCLXXXVII a Paschalius Sacris usque ad II. d. m. Aug. MCCCCLXXXVIII sunt tantum modo, albo acad. teste, quatuor adolescentes in numeros relati.

2) Nec

A. MDCCLVI. Iubilaeum solenni ritu celebranti sincere gratulantium more dicat *Gymnasium Lubecense*. Interprete Io. Henr. a Seelen, S. S. Theol. Lic. et *Gymnasti Lubec.* Rector. *Lubecae*. 4. Uti vera forma, scribit iste Vir cel. p. 16. seq. quam *Academia Rostochiensis Lubecae* habuit, huc usque est ignota, sic quoque nusquam annotatum reperitur aedificium, quod illi praebuit domicilium, etsi forsitan non omni videatur specie carere coniectura nonnullorum, quod *Academiae* assignatum fuerit *Coenobium Catharini*; quas excitavit cogitationes vulgari plebeiorum hominum loquendi ratio, qua *scholam publicam* in eo deinceps conditam, in hunc usque diem saepius *de hohe schole* appellant. Ab eo scilicet tempore, quo *Academia Rostochiensis* in nostra fuit urbe, hanc nominationem derivandam esse, coniectunt. Sed coniecturae sunt coniecturae, neque argumentum historicum intricatum extricant ita, ut omnes, qui in eodem reperiuntur, nodos statim solvant.



2) Nec omnes, quae ad litterarum orbem pertinent, partes *Lubecae* iuvenibus in scholis ibi forsitan habitis tradi potuerunt, quia non omnes Professores se *Lubecam* contulerant <sup>31)</sup>, ideoque creditu fas est, iuvenes litterarum studiosos, quos sat graves causae *Lubecae* haud retinuerint, aliam petiisse academiam.

3) Qua ab coniectura haud multum abludit, a KRANTZIO *c. l.* datum testimonium, quod illi adiungere operae pretium esse duco: *Non utile*, narrat KRANTZIUS, *sed damnosum duxere, diu vacare Gymnasium, quod scholares dilaberentur, dispersi in omnem regionem.* Num ita hic historicus *συγγεγοτος* scripsisset, diurnis si recitationum operis Professores *Lubecae* in sede sua temporaria districti, in scholis suis ibi navi esse potuissent, nec potius vitam agere coacti fuissent languidam inertemque? Recte ergo Ill. RUDLOFF <sup>32)</sup> iudicat, *Academiam tunc Rostochio remotam, haud sollertem, nec bene ordinatam fuisse.* Quam ergo diversa fuit haec discessio *Lubecensis* a priori *Gryphiam* facta, ubi primis annis omnia prospere, exque sententia successerant!

Adhuc restaret, ut disquirerem, *quam diu Academia nostra fuerit Lubecae commorata, ac quo anno temporeque ad lares patrios reverterit?* Haecque huius commentationis particula iam literis a me consignata ac perfecta est, et quidem ea mente, quo huic diatribae adderetur; sed praeter opinionem, materies scribendi crevit, nec modus chartarum lege fixus permittit, hoc propositum exsequi. Qua ex causa hanc disceptationem in proxime typis edendum Programma differre cogor. <sup>33)</sup>

Iam

31) Post reditum quoque numerum Professorum hac in Academia ad tempus admodum exiguum fuisse, inde liquet, quod 1493. Concilium acad. VII. Professoribus constitit, qua de paucitate supra pluribus iam actum est.

32) *l. c. pag. 864.* Ill. Viri verba sunt: *die Academie besandsich ausser Rostock ohne Thätigkeit und Ordnung.*

33) Liceat mihi *ἐπιμνηστικῶς* subnectere, Lectoribus ut, ego quidem opinor, haud ingratum. In annotatione enim *sexta* mentionem feci de sic dictis



His *Regentiis*, hac in urbe ab incunabilis inde nostrae Academiae ex-  
 structis, earumque primitivam constitutionem ac finem indicavi, eas  
 comparans cum *Collegiis Oxonii* et *Cantabrigiae* adhuc exstantibus.  
 Sed adhuc similiores fuere *Paedagogiis* quibusdam *Lovanii* conditis, at-  
 que Universitati literariae ibi florenti subiectis. Id probatum daturus,  
 iam adferam horum *Paedagogiorum* descriptionem ex *Iusti Lipsii* li-  
 bro, qui inscribitur *Lovanium*, mutuam sumtam. *Lipsii* verba in  
*Lib. III. c. 4.* ita sic habet: *Praeter locum, qui auditionibus servit,*  
*sunt etiam Paedagogia quatuor, ubi strictior disciplina, et pueri*  
*vel adolentes in primis artibus, atque ipsa Philosophia maxime,*  
*instituantur. Egredi, aut abesse, sine venia non fas: et praeceptores*  
*ius suum tenent, et tempus non temere dispensant. Sunt ea quatuor,*  
*Lilium, Falco, Castrum, Porcus: ita enim nomina abin-*  
*signibus suis habent. Nemo, qui, non hospes est in veteri nostrae*  
*Academiae historia negabit, nec ovum ovo similis esse, quam olim hac*  
*in urbe sic dictae Regentiae ac Lovanii Paedagogia.*

\* \* \* \* \*

Haec ergo iam sufficiant: iamque ad id accedo, quod in primis mihi man-  
 datum munus exequendum postulat, quique harum chartarum princeps est  
 finis. Celebramus enim hoc tempore dies sacros eosque anniversarios revi-  
 viscentis *JESU*, *Σωτήρος* nostri summi, ad quae sollemnia pie agenda,  
 vos *CIVES O. O. H.* pro officii mei ratione, eaque, qua par est,  
 humanitate, seria animi contentione adhortor. *CHRISTI*, summi  
 mortalium gentis *Ευεργέτη*, ac divinitus missi, e mortuis in vitam  
 reditu, quasi sigillo impresso, confirmata obsignataque est nostra  
 salus, quae vero fluxa, quin inanis, foret, iste nisi nuntius nobis lae-  
 tissimus documentis niteretur tam firmissimis, nullis ut *ἐμπαιτων*  
 cavillationibus infringi possit. Has in meditationes grata ut mente erga  
*DEUM* his diebus sacris incumbatis, omnemque in eas conferatis cogi-  
 tationem, vos oro quaesoque.

P. P. SVB SIGILLO RECTORIS

DIE XXXI MARTII MDCCLXXXIII.



3. Mai 1954







tis Regentiis, hac in urbe ab-  
 structis, earumque primitivan  
 comparans cum Collegiis Ox  
 Sed adhuc similiores fuere Paed  
 que Universitati literariae ibi  
 iam adferam horum Paedagogi  
 bro, qui inscribitur Lovanium  
 Lib. III. c. 4. ita sic habetur:  
 sunt etiam Paedagogia qui  
 vel adolentes in primis ar  
 instituuntur. Egredi, aut ab  
 ius suum tenent, et tempus noi  
 Liliu[m], Falco, Castru  
 signibus suis habent. Nemo  
 Academiae historia negabit, ne  
 in urbe sic dictae Regentiae ac

\* \*  
 \*

Haec ergo iam sufficient: iamque  
 datum munus exequendum postulat,  
 finis. Celebamus enim hoc tempore  
 viscentis JESU, Σωτήρος nostri su  
 vos CIVES O. O. H. pro officio  
 humanitate, seria animi contentio  
 mortalium gentis Ευγενής, ac di  
 reditu, quasi sigillo impresso,  
 salus, quae vero fluxa, quin inani  
 tissimus documentis niteretur tan  
 cavillationibus infringi possit. Has  
 DEUM his diebus sacris incumbati  
 tionem, vos oro quaesoque.

P. P. SVB SIGI  
 DIE XXXI MARTI

de nostrae Academiae ex-  
 ac finem indicavi, eas  
 rigiae adhuc exstantibus.  
 dam Lovanii conditis, at-  
 Id probatum daturus,  
 nem ex Justo Lipsii li-  
 ntam. Lipsii verba in  
 qui auditionibus servit,  
 tior disciplina, et pueri  
 pta Philosophia maxime,  
 non fas: et praeceptores  
 sant. Sunt ea quatuor,  
 ita enim nomina abin-  
 pes est in veteri nostrae  
 ilius esse, quam olim hac  
 gogia.

tuod in primis mihi man-  
 a chartarum princeps est  
 sque anniversarios revi-  
 e sollemnia pie agenda,  
 eaque, qua par est,  
 CHRISTI, summi  
 e mortuis in vitam  
 osignataque est nostra  
 nisi nuntius nobis lae-  
 nullis ut εμπαυτων  
 es grata ut mente erga  
 in eas conferatis cogi-

